

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput I

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

# ADMIRANDA AVIUM.

## CAPUT I.

### DE AQUILA.



*Quila* primo reponitur loco: non quasi inter primas sibi locum vndit mensas (abborret enim ab omnibus) sed quod Rex avium supremum sibi vendicet fastigium. Est autem ex genere rapacium. Pes ei dexter sinistro major est, cerebrum adeo calidum, ut in pulvrem redactum, eriam cum cicuta permixtum succo, maniam inducat propinatum. Non bibit, quia prædatum sanguis videtur sufficere; in ultimo tamen senio, ubi rostum præ siccitate incutavum, pótū yitam sustentat. *Elian.* Visus sunt cubitalis magnitudinis: Visus & pullus, cuius alæ expansæ septem ulnarum æquatunt mensuram. Vngues viri corpulentí digitis, crura Leoninis majora. Id inter Dresden & Misenum factum testatur *Gesnerus.* Cum incubare debet, aëtidem lapidem adjungit, qui, quoniam incalescunt tantopere ac si bulliant, fervorem temperare dicitur. Exclusos pullos unguibus atreptos ad solem obvertit, pro legitimis agnitos humeris portat, firmiores in sublime delatos demittit, demissos volatu antevertit & suscipit, grandiores nido & regione exturbat. Fæmina tam salax est, ut de cies ter in die compressa, postquam surrexerit, si mas revocet, denuo accurrat. Visus tam exacti ut supra maria extra humanum elata contuitum, piscesculos minimos natare conspiciat. Quantum ad odorem, cadavera quindecim dñsita milliaribus eò prosequitur. Vox boatus similis est, sed pulli ob præpedians ab humore linguam, sunt muti. Inimicitiae illi cum gruibus. Hinc isti cum Taurum montem ex Cilicia transf-

transmittunt, lapillis in os sumptis vocem cohibente, & noctu transvolant. Visu, rostro, & pennis fallentibus super nubes volat, ibi solis calore vitium oculis demitur, ipsa in fervore illo in aquam se demergit, nidum petit, febre corripitur, pennis excutit, à pullis nutritur & renovatur; facilius, si pastum habuerit setpentinum.

## C A P U T II. D E A C C I P I T R E.

**M** Agnitus Accipitris à sexu & regione variatur, feminæ majores ob remissionem caloris. *Calent. in Epist. Cor ei magnum cuspide obtusa ad pectus tendente. Lien adeo exiguis, ut visum propemodum effugiat. Arist. de partib. animal. cap. 38. Plumæ copioiores; eas in primordio ætatis querat rejicit. Fecunditas illi exigua. Condensat enim semen nimius calor, humor etiam ad pennis, ungues & crura transmittitur. Libidinosus tamen est, ita ut femina trigesies una die requisita, redeat vocata. Alb. l. 10. c. 8. Cadavera fugit, & si hominis attigerit, jejunus maneret, cum sanguine prædæ destituitur. Quantum ad volatum, ita se aliquando effert, ut visum effugiat; in ære vero se resupinat, caudam, dorsum & alas expandit, quibus vice soli utitur. *Aelian.* Ingenium illi mitum. Avem quam sub noctem cepit, totam sub pedibus teneret, exoriente sole dimitteret, obviam post factam nunquam prosequitur. Oculorum acie labortans, herbam Hieracium quærit, hujus confiticatæ succo, tangit oculos. *Aelian.* l. 2. de anim. c. 43. Hominem mortuum lugere videtur, inque ejus oculos humum ingerere, imo si inhumatum offenderit, glibba injecta humare. Os tibiæ ejus si ad autum admoveatur, illecebra quadam illud ad se allicit. *Aelian.* l. 4. c. 43. Columba quampliū vocem ejus audiverint, fugiunt; Gallinatum ova, si incubant, vitium capiunt, aviculæ, ad ejus conspectum ita perturbantur, ut ma-*